



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. III. Aliæ quæstiones ad officium judicis pertinentes proponuntur, & resolvuntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

cens, non autem hoc, de quo R<sup>e</sup>publi-  
ca disponere non potest. Vide Aucto-  
re h̄c, & cum eodem adverte omnia  
prius à Judice tentanda esset juxta quam-  
libet sententiam, priusquam ad sen-  
tentiam contra innocentem ferendam pro-  
cedat.

## §. III.

*Aliæ quæstiones ad officium Judi-  
cis pertinentes proponuntur, & resol-  
vuntur.*

Quæritur primò, an judex secundūm  
publicas leges judicare debeat? &  
latis quidem certum esse, Judicem infes-  
tiorem à legum præscripto recedere non  
posse (cum ejus non sit in legibus dispen-  
sare) prout habetur in c. 1. de confit.  
junctâ Glosâ. V. suo sensu. & in cano.  
Ibis 3. dist. 4. potest tamen supremus  
Princeps, si ita expedire judicaverit, juris  
rigorem temperare, & ex causa ratio-  
nabili in legi dispensare. Sunt intuper  
aliqui casus, in quibus etiam inferior su-  
premo Principe Magistratus ob varias  
circumstantias mutatas Epykiâ uti potest,

& à verbis legis ac rigorosa illius ex-  
peditatione recedere, modò à mente le-  
gislatoris non recedat, & hinc multa  
conceduntur Judicis, non quidem in-  
fimi, neque tamen etiam supremitatum  
arbitrio circa penas imponendas, prout  
etiam consuetudo docet.

Quæritur secundò an & in quibus ca-  
sibus Judex ex officio supplere possit &  
debeat, quæ à partibus litigantibus vel  
eorum Advocatis omissa fuerunt! & quæ  
juris sunt, & ad defensionem causæ  
pertinent, si à partibus vel rerum Ad-  
vocatis omittrantur, supplere potest Ju-  
dex, quatenus id ad causæ defensionem  
necessarium est, non autem quæ sunt fa-  
cti, proponere scil. exceptiones, produ-  
cere testes, sententiam petere, &c.;  
quamvis enim agere possit, quæ ad Judi-  
cem spectant, sive pars ea petat, sive  
non petat, privatum tamen commo-  
dum partium, & quæ propriè ad partes  
litigantes pertinent, assumere non po-  
test, nisi in casibus quibusdam extraor-  
dinariis, quæ apud Auctorem h̄c vide-  
re potest.



Aa 2

TITU-